



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gwaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia XCI. Et cùm appropinquarent Hierosolymis, Bethphage, & Bethaniæ, ad montem olearum, mittit duos è discipulis suis, & dicit eis: Abite in uicum qui uobis è regione est, & statim ut ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

ET cū appropinquarent Hierosolymis, Bethphage & Bethanize, ad montem olearum, mittit duos de discipulis suis, & dicit eis: Abite in vicum qui vobis e regione est, & statim ut ingrediemini in eum, inuenietis pullum ligatū, super quem nullus hominū sedit: soluite eum, & adducite. Er si quis vobis dixerit: Cur facitis hoc: dicitis, quod Dominus eo opus habet: & statim eum mittet huc. Abierunt ergo, & inuenerunt pullum ligatum ad ianuam foris in bituo, & soluunt eum. Et qui dam eorum qui illic astabant, dixerunt eis: Quid facitis qui soluitis pullum? Ipsi uero dixerunt eis sicuti mandarat Iesus: & illi dimiserunt eos.

Argumentum
& usus presen-
tis loci.

PROPHETAE veteres vnanimi consensu Christum Iesum Regem fore testantur, qui diaboli tyrannidem destrueturus & inde regnum immortale & aeternum habiturus sit. Quia autem Iudei ex prophetijs male intellectis regnum sibiipsis terrenum pollicebantur, & eodem errore decepi Apostoli, de primatu frequenter inter se contendebant. Christus hucusque multum & saepe illos de regni sui conditione, & quod nam in hoc ipso sit futurum officium, admonuit. Ceterum instabat iam mortis hora, cuius ignominiosam acerbitatem minime offendiculo fore non ignorabat. Ergo quod verbis antea docuit, nunc exemplo suo & facti singulari declarat. Nam ut se Regem esse testetur, urbem Hierosolymorum non pedes, ut antea, sed asine pullo reclus, non absq; publica solemnitate ingreditur, populi vndiq; concurrentis letas famulatus acclamationes recipit, & mox templum ingressus ex illo prophanas & quasuosas suppositiones excutit: & in omnibus istis regiam maiestatem, ipsis quoque hostibus terrificam, ostendit: eandem uero modestia & humilitatis specie ita temperat, ut satis constet, regnum ipsius non in exteriori splendore & armorum huius mundi potentia, sed potius in spiritus uirtute consistere, & prouideat esse & spirituale esse. In quorum consideratione nobis ita uersandum est, ut diuina illius potentia & maiestate nosmetipsos aduersus impiorum conatus consolemur, ex eiusdem uero humilitate demeritam concipiamus, nos apud illum minime repulsam passuros esse, si ad illius thronum conseruamus, ab ipso opem petamus in afflictionibus nostris. Ut uero simul, quae nostra sint erga hunc Regem nostrum officia intelligamus, prouiderit singulorum, qui hic proponuntur, personas, & quid singuli gerunt, inspicere.

Christus in uili
specie regiam
maiestatem
exercit.

Primus se hic nobis Christus offert, qui cum uibi appropinquaret, eamq; Regis instar esset ingre-
surus, discipulos duos, qui asinae pullum sibi adducant, emitit. Mirum sane consilium, & perquam
ridiculum, si ad humane rationis calculum reuocet. Nam regni specimen editurus, asino reclus, &
& hoc quidem aliunde precario petito, nec ullis phaleris ornato, imò ne sella quidem aut ephep-
rularibus instructo, ut postea patebit. Quid autem à regie maiestatis forma magis alienum ex-
tari poterat? Aut quid hoc aliud erat, quàm seipsum & discipulos aduersarij deridiculis exponere?

Regis in Chri-
sto uirtutes.
1. Scientia &
sapientia.

At si totam actione penitus inspicias, illum præcipuas, quæ in Regibus requiruntur, uirtutes in hoc
egestate & contemptibili specie declarauisse reperies. Primò nimirum scientiam & sapientiam, quæ
Reges instructos esse oportet, ut norint, quæ ad regni administrationem pertineant, quæ populi ipsi
commissi conditio sit, & quibus rationibus publica salutis & incolumitati prospici & consilij quaerant
id quod maiores nostri obseruasse uidentur, qui illis à scientia nomen indiderunt. Quia enim eos ca-
pitius instar fecit Deus, illorum fuerit uidere, audire, ratione præditos esse, consulere, & publicis ne-
cessitatibus prospicere. Nec regum nomine digni sunt, sed idola potius dici merentur, qui nec populi
sui conditionem, nec subditorum mores, nec imminetia ipsis Dei iudicia obseruant, sed inani splen-
dore & titulis uanissimis excæcati, securè omnia negligunt. At non talis est Christus Rex noster,
super quo requiescit spiritus sapientia & intelligentia, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientia
iæ & timoris Domini, ut Isaias olim prædixit. Patet hoc in presenti, quando quid in uico agatur
nouit, &

Isaie 11.

noit, & discipulis indicat, quid ipsi ad profectis futurum sit. Exempla eius generis multa Euange-
 lista commemorant. Tale enim est, quod cum Nabanaele egit, & quod discipulis ad epulum pa-
 schale instruendum emisisset similiter praedixit, quid ipsi urbem ingressi esset euenturum. Num er-
 go illum quicquam ignorare putabimus? Vel num ille regnum suum negliget, aut populi sui condi-
 tionem & mores ignorabit, qui asinos videt, & hos quoque sua providentia subijci tam evidenti ar-
 gumento docet? Et hoc plenum consolationis, si nos talem Regem habere cogitemus, qui & nos ten-
 tationum pondere grauat, & hostium suorum conatus atque consilia noit, adeoque de illis nos
 per spiritum suum iam olim admonuit. Ita vero nos istud consolari debet, ut simul Regis nostri om-
 nifem memores, innocentiae studeamus, ne illius contra nos iram prouocemus, qui olim iudex vniuer-
 sae terrae venturus est.

Secundo regali quoque potentia se instructum esse probat Christus, qua Regibus plane opus est, 2. Potentia.
 quando sine hac nec rebelles & contumaces coerceri, nec boni et obediētes defendi possent. Unde ma-
 gistratus ab ipso Deo gladio & auctoritate armatos esse Paulus testatur, & res ipsa abunde docet,
 quando hanc omnes gentes, ex communi lege naturae agnoscunt. Caterum hac quoque Christus omnes
 huius saeculi reges longe superat, eo quod non modo in fortunata & corpora hominum, verum etiam in
 ipsas mentes & voluntates imperium exercet, quas nulla vis externa cogere potest. Patet hoc in
 praesenti ex eo, quod audito ipsius nomine, mox a sinu abduci patiuntur, qui illum aliqui homini-
 bus peregrinis & ignotis nunquam concessuri fuissent. Eiusdem generis est, quod Apostolos mouit,
 ut omnino quae dabebantur relictis, ipsum secuti sint, quod Paulum ex persecutore Apostolum, adeoque
 verbi in semine renatis novas mentes inserit, & voluntatem ad ea inclinat, a quibus antea prorsus
 abhorrebat. Nec in electis modo haec facit, verum etiam impiorum corda sua manu continet, ut ve-
 lint nolunt ipsi se uire cogantur. Consoletur hoc nos quoties vel propriae carnis affectibus, vel egesta-
 te, vel hostium insidijs & inimicijis tentamur. Poterit enim Christus, si volet, cogitationibus & af-
 fectibus mederi, poterit aliorum mentes inclinare, ut nobis benefacturi: poterit hostibus frantum in-
 iungere, vel quae contra nos meditantur, aliud deriuare, ne quid inde mali nobis accidat. Et licet inter-
 dum aliqui ipsi non obedire videantur, tamen illi nequaquam praevalet: quin illos iusto iudicio
 grassari permittit, ut ipsorum perulancia in suis castigandis bene utatur: utq; mari iuos limites con-
 stituit, ad quos fluctus suos tumentes deponat: ut a impiorum furoribus iam olim suum finem praescri-
 psit, quem illi nunquam transierunt, cuius rei cum vndique exempla occurrant, ijs commemorandis
 non est opus immorari.

Tercio in iusticia studeat Christus, sine qua nec Reges nec regna consistere possunt. In eam enim si-
 nem magistratus omnes instituti sunt, ut vnicuique quod suum est tribuant, omnibusq; illorum potestas
 populi defensionem & conseruationem spectat, non ut ipsi pro sua libidine omnia verent. Tyranno-
 rum enim haec voces sunt: Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Longe aliter autem Christus,
 qui est rerum omnium creator sit & Dominus, omnemq; potestatem in caelo & in terra ad se pertinere
 sciet, non tamen a sine pullum vel insciji vel inuitis heris abduci vult, sed rationem allegare iubeat
 discipulos, quae audita, ipsum illis sint concessuri. Idem illum alibi fecisse scimus, nec vphiam suo iure
 in usus est, ut alicuius vel iniusticiae, vel violentiae infirmulari queat. Quin pharisaeis hostibus in sen-
 sibilis dicere ausus fuit: Quis vestrum arguet me de peccato? Tovo igitur caelo errant, qui Christi
 & Evangelij praerextu abutentes honorum omnium communionem inuitis obtundunt, quam nec Chri-
 stus vphiam requisit, nec in primitiua ecclesia aliter obseruata fuit, quam ut vnicuique liberum esset
 suae rei mere, sicuti verba Petri ad Ananiam abunde testantur. Christianorum est, de suo largiri
 egentibus, interim alijs suarum rerum ius integrum relinquere. Et haec quidem de Christo Iesu, R-
 ge nostro sapientissimo, iustissimo & potentissimo dicta sint.

Sequitur hunc Apostoli duo, qui illius iustis illic obtemperant, & pullum adducturi abeunt. Discipuli Chri-
 sti obtemperant. Atqui multa poterant obijcere, quod minus hoc facerent. Nec enim iniuste modo & inonestum vi-
 deri poterat, rem alienam ab ignotis postulare, verum etiam cum periculo coniunctum erat, ne for-
 tasse furri infirmularentur. At qui prius ad Christi vocationem omnia reliquerant, omnemq; carnis
 sensus per fidem Dei verbo subijcere didicerant, haec quoque illi absq; ulla inquisitione obtemperandum

10. m. 1.
Luc. 22.

Rom. 13.

Matth. 4. & 9.
Act. 9.
Philip. 2.

Iob. 38.

3. iustitia.

Matth. 23.

Ioan. 8.

Act. 5.

& Bethaniae,
icit eis: Abite
ni in eum, in-
soluite eum,
ite, quod Do-
ergo, & inue-
nt eum. Equi
ui soluitis pul-
imiserunt eos.

Regem fore testatur,
asternum habituro
s terrenum pollicens
er se contentum. Sed
hoc ipsum sit finem
tam acerbitatem ma-
plo suo & facti ioga-
pedes (ut antea) i-
currerent latas fustis
quoque iustitiam
ostendit: eadem
us non in exteri
stere, & prouidet
diuina illius potestas
er d humilitate ipse
thronum conuoluit
ut erga hunc Regem
nias, & quid ioga-

Regis instar esse i-
e consilium, & popu-
ditur, a sine vphiam
ella quidem ante ipse
a magis alienum car-
rijs deriditatis ex-
uruntur, vnde in la-
atiam & sapientiam
meant, quae populi
prophetae & consilij
runt. Quia enim
confidens, & pulch-
merentur, qui nec
seruant, sed inani
est Christus Rex
ortuandus, sicuti
mando quid in vno

Rom. 1. & 16.
2. Cor. 10.

esse censent. Exigitur obedientia haec ab omnibus qui Christo nomen dederunt, adeo ut haec Paulus Evangelicae praedicationis, quo ad nos, finem & scopum constituat: nec fieri potest, ut quis sine haec Christianum agere possit. Frequenter enim carni nostrae inonestum, iniquum, impium & nocentem videtur quod Dominus praecipit: qualia ferè sunt, fidei praecipua iniuria obrudere, magistratum imperum iudicij praeferre, parentes vna cum dilecta coniuge & dulcibus nativis relinquere, fortassis ratione ambulanti occurrere solent. At in omnibus istis Dei mandatum & voluntas iustitiae debet, nec aliae rationes admittenda sunt, ubi de hac nobis certò constat. Quod enim ille iubet, iustum vel iniquum esse non potest, & idem eos defendere solet, qui ipsius praecipua obtemperant. Quod si adversus illius praecipua humanis rationibus disputare libeat, intolerabilis est ea impietas & audacia, quando hoc fieri non potest, quin Deum vel iniustitiae, vel ositantiae, aut imprudentiae accipimus, quasi ille iniqua & iniusta iubeat, vel pericula non praevidet, aut etià nos ille temere obijcere praeferre ausi sunt. Ergo Apostolos imitati, Domino simpliciter obtemperemus, & (ut olim in Legibus insit) nec ad dexteram nec ad sinistram à praecipua ipsius delinemus, & feliciter cedem, quae vitia periculosa & noxia videbantur.

1. Sam. 13. 15.
1. Reg. 11. 13. etc
Deut. 28.
Iosue 23.

Heri pullum Christo concedunt.

Restat, ut de ijs quoque dicamus, à quibus asinum Christus sibi concedi voluit. Interrogant illi quidem discipulos, cur iniustus pullum solvant? ac ratione audita, quod nimirum Dominus illo opus habeat, illam recipiunt, et adduci patiuntur. Movit sic animos illorum Christus, ut paulo ante dicitur est. At tamen generalem doctrinam nobis hoc exemplo spiritus sanctus proponit, ne quilibet Christo negemus, quibus ipsum audimus opus habere. At qui ille nullius rei indiget, quoad suam personam. At quoad regni sui administrationem, eo honore nos dignatur, ut illud nostro ministerio propagari & conservari velit. Hic ergo praecorum verbi fide & industria, magistratum consilio & auctoritate, patrum familiam cura & diligentia, adeoque singulorum hominum studio opus est: in quo ergo pro sua vocationis ratione omne illud conferant, quod ad regni ipsius propagationem facere potest. Praeterea, quia in se credentes pro membris suis Christus agnoscit, in ipsam seipsum esturum, nudo vestitum, aegrotum curam, exulanti hospitium, victo consolationem praebemus. Hic ergo neminem laboris aut impense alicuius pigeat, quando hac optimo iure à nobis exigit, ut qui magis multo & plura in nos conferre dignatus est. Sed o duritiam & ingratitude nostram plebem Cyclopicam. Laborat seclis & vitij innumeris ecclesia, periclitatur disciplina, affligitur pauperum membris suis Christus, & sibi nostro consilio, auctoritate, industria, & auxilio opus esse clamat. At quotusquisque est, qui clamantem exaudit, & non potius impuris huius mundi studiis hoc ius, quod in Christum debet conferre? Punit ergo & merito punit istam ingratitude nostram Deum, nec ad se clamantes audit, qui ipsum clamantem audire dedignantur. Emendemus hoc vitium infeliciozum Christi memores: ipsi nos rotos impendamus, ut eiusdem quoque confortes sumus in regno tris sui: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Matth. 25.

Zach. 1.
Prouerb. 21.

H O M I L I A XCII.

Et adduxerunt pullum ad Iesum, & iniecerunt ei vestimenta sua, sed et super eum. Multi uero vestimenta sua strauerunt in uiam: alij autem frondes caedebant ex arboribus & sternebant in uiam. Et qui praebant, qui sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna, benedictus qui uenit in nomine Domini. Benedictum quod uenit regnum in nomine Domini patris nostri Dauid: hosanna in altissimis.

Argumentum & usus praesentis loci.

Non temere ab omnibus Evangelistis regius Iesu Christi in urbem Hierosolymam ingressus diligentiissime describitur. Ut enim ille per hunc offendiculo mederi uoluit, quod paulo post est